

Qui negauerit primum principium. s. q. cōtradictoria nō sunt simul vera impossibile est cum philosophari.

Ratio quam significat nomen est distinctio: hoc verū est in speciebus nō autē in iduis diuis.

Quinti metaphisice.

Quod modis dicitur causa tot modis dicitur principium: quia omnes cause sunt principia.

Primū principium est primum. idēz sunt. quia omne principium est primum.

Quattuor sunt cause scilicet materialis for- malis efficiens et finalis.

Aliqua sunt sibiinueniē cause vt exercitium est causa sanitatis et conuersio.

Idem aliter se habens est causa oppositorū sicut gubernator nauis per sui presentia est causa salutis nauis: sed per sui absentia est causa perditionis eiusdem.

Finis est optimū rei.

Causa et effectus simul sunt et non sunt.

Causa et effectus debent simul esse propoz- tionata.

Materia omniū liquefactibilem est aqua.

Necessarium dicitur quattuor modis: vno modo sine quo non potest esse aliquod: vt animal non potest viuere sine cibo. se- cundo modo sine quo non potest esse al- quid bene: vt hominem viuere sine vesti- bus. tertio modo idē est quod violentia vt cum dicitur omnis res necessario est violentia et tristis. quarto modo dicitur ne- cessarium quod non contingit aliter se ha- bere.

Continuum est cuius motus est vnus.

Eadem numero sunt quorum materiaa est vna.

Eadem specie sunt quorum forma est vna.

Ens per se dicitur dupliciter: vno modo qd diuiditur in decem predicamenta. alio modo quod significat veritatem vniuersaliū rei vel propositionis.

Ens per accidens tripliciter dicitur: vno modo quando accidens predicatur de sub- iecto: vt homo est musicus. secundo mo-

do quando subiectum predicatur de acci- dente: vt musicus est homo. tertio modo quando accidens predicatur de accide- te: vt album est musicū.

Extrēma relationis semper sunt diuersa vel re vel ratione.

Vnum in substantia facit idem.

Vnum in qualitate facit simile.

Vnum in qualitate facit equale.

Prius est qd pmo principio ē ppinquius

Potentia actiua et passiuā ad inuicem se res- piciunt: vnde cuiuslibet potentie passiuę cor- respondet actiua et conuerso.

Quantū est quod est diuisibile in partes que insunt: quarum vnaqueqz est hoc aliqd.

Perfectum est cui nihil deest. Et est duplex scilicet perfectum simpliciter extra quod nihil est: Et perfectum in genere.

Comentariū.

Dispositio primi principij ē in quo sūt perfectiones et nobilitates omnium entium nobiliori modo qz sint in seipsis.

Perfectum in genere ē extra quod nihil est alicuius determinati generis.

Mors methasice dicitur finis.

Quotiens dicitur principium totiens termi- nus et adhuc amplius: quia ens principū est termi⁹ quidā initialis et non conuerso.

Omne attingens finem est perfectum.

Sexti metaphisice.

Metaphisica considerat principia et causas entium in quantum entia.

Substantia et entia sine esse rei non potest co- gno sci per demonstrationem.

Nulla scientia particularis pbat subiectum suū esse: sed supponit ipsum esse.

Omnis scientia vel est actiua vel factiua vel theoretica. i. speculatiua.

Naturalis scientia non est practica. sed specu- latiuā.

Tres sūt partes philosophię et scientię specu- latiuę. s. naturalis. mathematica: et diuina idē est metaphisica. Naturalis cōsiderat res coniunctas motui et materie s3 esse: et s3 rationem.

Mathematica cōsiderat res cōiunctas se-